

Thrincia hirta γ, arenaria DC.

Ad littora arenosa Oceani pr. Cobas et Pontevedra Galleciae!
 Obs. Th. hirta et hispida maxime variabiles et inter se difficulte
 distinguendæ species, cum notæ plurimæ parum constantes
 videntur. Ita v. c. *Th. hirtam* non semper perennem inveni
 (sæpe biennis v. annua evadit), neque pappus semper 15-
 20-radiatus est, ut afferunt cell. Boiss. et Reut. (sæpiissime ra-
 dios vidi 10-12 ut in *Th. hispida*). Hæc ultima tamen habitu
 differente, nec non pappo subniveo, rostro longitudine achænii
 v. ultra et periclinio magis hispido videtur distincta a Th. hirta.

Kalbfussia Salzmanni Schultz Bip. var. *hispanica* nob., differt a speciminibus Africanis (a cl. Balansa ad Biskra Algeriae lec-
 tis, 1853 Nr. 779) calathiis minoribus, achæniorum interio-
 rum rostro breviore, pappo sordide lutescente (nec albidio),
 sed vix tamen specifice separanda.

In campis Extremaduræ (Schousb., Apr. 1798); in arenosis
 ad fluvium Guadayra pr. Sevilla (5 Mart. c. fl. et fr.)!

Leontodon hastilis β, hispidus (L. *hispidus* L.), parce hispidus,
 culturâ in formam glabratam transiens.

Santander, Encinillas; el Castro (prov. Leon)!

L. hispanicus Mérat (*Asterothrix hispanica* DC.) Lge. exs. Nr. 280.

Copiose in collibus gypsaceis ad Aranjuez (20 Mai c. fl.)!

L. (Millina) carpetanus Lge. n. sp. (*Oporinia autumnalis* Coss. in pl. Bourg., 1854, non Don), rhizoma breve, contractum, fibras radicales plures tenues emittens; folia dense rosulata, lanceolato-linearia, runcinato-pinnatifida, glabra v. parce pilosa; scapi graciles, foliis pluries longiores, adscendentibus, remote squamati (squamis 2-4), monocephali; periclinium cylindrico-campanulatum, foliolis biserialibus hirtis, obtusis, exterioribus dimidio brevioribus; anthoclinium nudum; achænia omnia conformia, longe rostrata (rostro vix achænii longitudine), striata, transverse rugosa; pappus albidus, periclinium multo superans, radiis 8-10 basi dilatatis, deciduus.

In graminosis regionis subalpinæ montium Carpetanorum supra